



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomæ

Suárez, Francisco

Moguntiaë, 1620 [erschienen] 1621

Liber 2. De Diuinate Trium Personarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84432)



LIBER SECVNDVS DE VE- RA TRIVM PERSONARVM DIVINITATE.

Stenfo Trinitatem esse, vt aliquo modo quantum fides docet ostendamus, quid, vel quale sit hoc mysterium, tria agenda nobis supersunt. Primum est, quo modo tres personae, & earum singulae verus Deus sint. Secundum, quomodo, & in quibus distinguantur. Tertium de earum vnitatem, & perfectam identitatem in essentia. Primum expediemus in hoc libro, alia vero duo in duobus sequentibus.

CAPVT I.

Sitne Pater verus DEVS.

NON est hoc loco immorandum circa nomen Patris, quia non tractamus, an prima persona sit verus Pater, nec de his, quae sunt propria eius. Hoc enim postea agendum est, sed tractamus de natura eius, seu de modo entitatis eius. Intelligamus ergo nomine Patris quandam personam introductam. Et hoc modo circa quaestionem hanc nullus haereticorum, vel etiam infidelium, qui verum Deum alias cognoscant, posuerunt Patris personam, id est, illam, quae improducta est, in ordine creaturarum: nam hoc inuoluit manifestam repugnantiam. Quia illa persona est a se, & improducta, vt iam in superioribus est ostensum: ergo implicat esse creaturam, cum sit intrinsecu creaturae habere esse ab alio. Ex quo etiam manifestum, hanc personam habere naturam diuinam, & subsistere in illa, quia cum sit vera persona, necesse est, vt habeat intellectualem naturam, & non habet creatam, vt ostensum est, habet ergo increatam, quae solum est diuina natura.

Hoc tamen non obstante, non desuerunt haeretici, qui negauerint personam Patris per se consideratam esse verum Deum, quod etiam de ceteris consequenter aiebant. Refert Diuus Augustinus de haeresibus in septuagesima quarta, dicens. *Est alia haeresis, quae triformem sit asserit DEVM, vt quadam pars eius sit Pater, quadam Filius, & quadam Spiritus Sanctus.* Ad quem errorem videtur accessisse Abbas Ioa-chim, qui (vt refertur in Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, capit. secundo) dixit, tres personas esse vnum Deum, solum collectione quadam, sicut multi homines sunt vnus populus, vel multa corpora vnum vniuersum. Ex quo errore plane sequebatur, personam Patris solum, seu per se spectatam, Deum non esse. Fundamentum illius erroris fuit, quia tres personae non sunt aliqua vna simplex res, quia alias in Deo non tantum esset Trinitas, sed etiam quaternitas, nam essent personae, & vna illa res, & nihilominus sunt vnus Deus, ergo sunt vnum collectiue, ergo prima persona per se spectata non est Deus.

Magis vero scholasticè possumus ita argumentari. Nam solus ille est Deus, qui in se habet totam essentiam Dei, & in illa subsistit, sed Pater non ita habet in se totam Dei essentiam, vt quasi a se fiat, & constituat illum: ergo. Probat minor, quia tota Trinitas est de essentia Dei, tum quia est idem cum

essentia Dei, tum etiam quia nihil potest esse in Deo, quod non sit essentiale, alias esset accidentale, quod repugnat, tota autem Trinitas non est in solo Patre modo praedicto, vnde haec est falsa propositio, Pater est Trinitas, haec autem vera, Trinitas est Deus, & Deus est Trinitas, ergo Deus non est solus Pater, ergo neque contrario Pater est Deus.

Nihilominus de fide est certum, Deum non esse vnum per solum collectionem, sed per veram naturam vnitatem, & consequenter est etiam de fide, singulas personas, in quibus est talis natura, esse verum Deum, & non tantum est omnes simul sumptas. Ita definitur in dicto Concilio Lateranensi, & habetur in capit. *Damnatus*, de summa Trinitate, & ex Scriptura, & Patribus conuincitur ex his, quae dicemus de singulis personis. Ratio verò est clara, quia vel omnes illae personae habent eandem naturam singularem, & indiuiduam, vel numero distinctam. Hoc secundum dici non potest, alias illae tres personae essent tres Dij, vel aliae quaedam tres substantiae. Nam si illae naturae essent omnino similes, & aequales in perfectione essentiali, manifeste essent tres Dij, & vnitatem collectiuam nihil obstat, tum quia Deus non est nomen collectionis, sed substantiae, tum etiam quia vnitatem Dei debet esse vnitatem simplicissimam, & perfectissimam, vnitatem autem per collectionem, est imperfecta, & accidentalis, tum etiam, quia iam essent tres essentiae aequales, quod repugnat. Si autem illae naturae essent inaequales, se illa, quae perfectissima esse, constitueret verum Deum. Vnde etiam positum illo errore posset concludi, Patrem esse verum Deum, quia nemo dubitat, quin prima persona improducta sit perfectissima natura: sequeretur autem ex errore illo, alias personas non esse Deum, quod postea refutandum est.

Necessario ergo fatendum est vnitatem Dei esse per vnitatem naturam. Haec autem natura non est partibilis, vt pars eius possit esse in vna persona, & pars in alia, sicut haeretici etiam ab Augustino sentisse videntur, nam hoc etiam rationi naturali repugnat, cum sit magna imperfectio, ergo in quacumque persona est illa natura, in illa est tota essentia Dei, nam in praesenti idem est essentia, quod natura, ergo quilibet talis persona per se sumpta est verus Deus. Patet consequentia, quia omnis res habens integram alicuius speciei, seu rationis naturam, & in illa subsistens, est verum indiuiduum illius speciei. Sic Christus Dominus est verus homo, quia in se habet totam quandam humanam naturam, & in illa subsistit. Etsi eandem, vel similem haberet Pater, esset etiam verus homo, ergo a fortiori, & cetera. Et confirmatur tandem, quia si nulla persona determinata est Deus: neque omnes simul sumptae possent esse Deus. Probat illatio, quia si nulla illarum est Deus, ergo nulla est ens infinitum, & summè perfectum: quia hoc est Deus, ergo neque illis simul sumptis potest coalescere Deus, quia neque ex reb⁹ finitis numero, & perfectione potest infinitum consergere, neque ex collectione plurimum potest coalescere aliquod summè perfectum; cum ipse modus collectionis in perfectis sit, & singula, quae ibi concurrunt, necessario esse debent imperfecta.

Secun-

6. *Pater verus Deus.*
 Secundò hinc concluditur, Patrem, seu primam personam Trinitatis præcisè spectatam, esse verum Deum. Hæc veritas est de fide, vt concluditur ex dictis, & habetur expressè in Scriptura Ioannis 1. & *Ioan. 1. Cap. 6. § 17.* Verbum erat apud DEVM, id est, apud Patrem: & in græco ponitur articulus ad indicandam excellentiam diuinitatis. Et capit. 6. Hunc enim Pater signauit DEVS, id est, Deus Pater signauit hunc, id est, designauit Christum, &c. Et cap. 17. vt cognoscant te solum DEVM verum. Loquitur Christus ad Patrem. De particula autem solum, quæ nimium videtur probare, dicemus infra. Plura videri possunt apud Hilarium lib. 4. de Trinitate versus finem, & Augustin. toto libro sexto, & lib. 15. cap. 7. & apud alios supra citatos. Ratio patet ex dictis, quia ostensum est, singulas personas subsistentes in Deitate esse Deum, si autem aliqua subsistit maximè Pater, qui est principium communicans Deitatem alijs, in quibus illa subsistit: ergo.

7. *Hilar. August.*
 Ad fundamentum contrarij erroris negatur sequi dari quaternitatem in Deo, vt rectè dicitur in dict. capit. Damnamus, quia illa vna res, seu natura, in qua tres personæ conueniunt, non est distincta ab illis, & ita nõ auget cum illis numerum rerum. Ratio autem Theologica à nobis facta petit nõnullas difficultates tractandas libro sequenti. Nunc breuiter dicitur, quidquid est de essentia Dei esse de essentia cuiuscunq; personæ, personalitates autem, seu relationes formaliter, ac propriè non esse de essentia Dei, est, sint idem cum essentia Dei. Et similiter dicitur, quidquid est perfectionis in omnibus personis, esse in qualibet earum, & idèd nihil obitare, quominus singule sint verus Deus.

CAPVT II.

An persona, quæ est verus DEVS, possit esse producta.

1. *Rationes in solidum.*
 Hæc difficultas communis est Filio & Spiritui S. & idèd prius, quam de illorum diuinitate in particulari dicamus, illa expedire necesse est, & inter scholasticos tractat eam specialiter Scotus in 1. dist. 2. quæst. 6. Alij verò in speciali parum, aut nil attigerunt, quia de hac re nulla est inter eos controuersia. At verò hæretici hoc maximè obijciunt contra diuinitatem personarum, præter personam Patris, quod repugnet, esse Deum, & non habere esse à se, quia Deus est ipsum esse per essentiam, sed repugnat id quod est à se esse ab alio, quia illa duo includunt immediatam contradictionem, ergo non potest esse verus Deus, & esse ab alio, ergo nec esse productum, quia quod est productum, ab alio habet esse. Secundò, quia quod est productum est dependens. Dependens autem intrinsece dicit imperfectionem, ergo repugnat Deo. Tertio, quia, quod est productum, aut est ex nihilo, aut ex aliquo. Si ex nihilo, erit creatum, quod Deo planè repugnat. Si ex aliquo, erit materiale compositum, & imperfectum, tum quia illa particula, ex, non potest intelligi, quam habitudinem dicat ibi, nisi materialem, tum etiam, quia id, ex quo aliquid producitur, supponitur productioni, & vt productio locum habeat, necesse est, vt aliquid per illam fiat præter id, quod supponitur, vt ex vtroq; constet adæquatus terminus productionis: hoc autem non intelligitur sine compositione, & imperfectione.

2. *Affertio fidei.*
 Nihilominus veritas Catholica est, personam, quæ est verus Deus, posse esse productam verè, ac realiter. Ita enim est expressum in Scriptura, præsertim 1. Ioan. 5. *Vt sumus in vero Filio eius, hic est verus Deus,* nam verus Filius non est, nisi verè productus, & idèd de se ipso dicebat Filius. *Ego ex Deo processi.* Ioan. 8. & hoc ipsum significatum videtur in verbis illis Genes. 19. *Pluit Dominus à Domino,* nam in vtroq; loco est vox significans verum Deum. Similiter colligitur ex Suarez: De Deo trinuno.

illo Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo, & subditur Psal. 109: statim. Ex vtero ante luciferum genui te.*

In quibus locis obiter notari potest, *producere & product* verè affirmari de personis, quæ sunt Deus, nõ solum quatenus proprijs nominib. significantur, sed etiam sub absoluta appellatione Dei, & inde sumpta sunt illa verba symboli, *Deum de Deo, & car.* Quæ hæc veritatem confirmant, & definiunt. Quam latius confirmat, & declarat D. Th. 1. p. q. 39. Ratio autem est, quia Deus licet de formali significet essentiam, & naturam communem, tamen supponit pro personis, siue immediatè, siue mediatè, quod ad præsens non refert, & idèd, quod simpliciter verus est de persona, affirmari etiam potest de Deo, persona autem verè, & realiter producitur, ergo & Deus potest esse productus, vel procedens à Deo.

Ad confirmandam autem hanc Catholicam veritatem adducit plures rationes Scotus loco citato, quæ omnes eo tudent, vt probent, posse esse processionem Dei ad intra per intellectum, & voluntatem, de quo iam dictum est. Solum ergo in hoc est in præfenti insistendum, vt vel ostendamus, vel defendamus, posse esse realem processionem sine vlla imperfectione, nam hoc posito, facile erit persuadere talem productionem posse conuenire Deo ad intra. Atque ita facile concludetur, quod per illam producitur, esse verum Deum, quia intra Deum nihil esse potest, quod non sit Deus. Et idèd Ioan. capit. 1. cum dixisset. *Et Verbum erat apud Deum,* statim subiungit, *Et Deus erat Verbum.* Quod autem hoc non includat imperfectionem magis fide tenetur, quam ratione ostendi possit. Nam, vt productio nullam includat imperfectionem, necesse est, quod productum recipiat idem numero esse, quod est in producente, nam si aliud reciperet, iam esset in productio esse participatum, quod planè includit imperfectionem. Hæc igitur productio talis esse debet, vt per eam communitur idem esse. Quod autem sit ex principijs fidei ostendimus lib. 4. Nunc autem solum probamus, non repugnare, quia illud esse est infinitum, & idèd communicabile est omnibus personis, cum quibus non habet oppositionem. Supposita igitur hac veritate, quod non repugnet productum recipere eandem naturam, quæ est in producente, facile intelligitur, & verum Deum posse esse productum, & talem productionem nullam includere imperfectionem. Primam patet, quia quicunq; habet naturam diuinam, est verus Deus, siue illam habeat à se, siue communicatam ab alio. Secundum patet, quia ipsamet natura diuina excludit omnem perfectionem, quia secum assert omnem perfectionem. Quod facile patebit, discurrendo per eas imperfectiones, quæ in argumentis tanguntur, & alijs, quæ asserri possunt, & eas excludendo.

Prima ergo imperfectio, quæ in primo argumento obijciatur, erat esse ab alio, quia inde sequitur, non esse à se. Distingendum autem est de esse ab alio Deo, vel esse ab alio, qui sit idem Deus. Primum dicit manifestam imperfectionem, quia dicit pluralitatem Deorum, & distinctionem in natura producentis, & producti. Vnde cum talis distinctio non possit esse cum æqualitate naturæ, necesse est, vt sit cum imperfectione personæ productæ, quæ proinde non poterit dici verus Deus, & per essentiam, sed ad summum per aliquam eminentem participationem, atque adeo per analogiam. Persona ergo procedens in Deo non producitur isto modo, sed ab alio, qui est idem Deus, atque hoc modo nulla est imperfectio. Quo sensu videtur dixisse Hilarius libro nono de Trinitate, post medium. *Quamuis Pater maior sit (id est, videatur, sic enim expono) auctoritate dantis, tamen Filius minor non est, cui idem esse communicatur.* Et hac ratione non pugnant illa duo, scilicet, esse ipsum esse per essentiam, & esse personam productam, quia per productionem accipit ipsummet

3.

4. *Expenditur ratio pro assertione fidei.*

Ioan. 2.

5. *Sanctus prior argumentus.*

esse per essentiam. Et eadem ratione dici potest talis persona esse a se, prout a se excludit principium extraneum, seu alterius naturæ, & prout excludit omnem propriam causalitatem, & dependentiam, vt statim dicā. Ac deniq; prout dicitur habere naturam, quæ producta non est, quamuis sit communicata personæ per productionem eius.

6. Ad 2. argu. *opertum.*

In secundo argumento adiungebatur alia imperfectio, quia omne productum videtur esse dependens, & causatum, quæ ex eodem principio excluditur. Vnde negamus illam imperfectionem esse de ratione productionis, vt sic, nam si talis sit productio, vt per ipsam communicetur illud esse, quod causatum non est, nec dependens, neq; ipsa productio erit cum vera dependentia. Maxime, cum illud esse intrinsecè, & essentialiter includatur in persona producta, & in omni eius proprietate persumam quandam simplicitatē. Ex quo etiam fit, vt illa productio sit absq; vera, & propria actione (vt supra dicebam) per simplicem quandam processione, quæ in re non distinguitur à persona producta.

7. *Productio ad intra est sine causalitate.*

Denique hinc fit huiusmodi productionem esse absq; vera causalitate. Quod quidem de formali, & materiali causalitate per se notum est. De efficiēte verò etiam debet esse certum, alias persona producta esset facta, contra symbolum Athanasij. Item, quia Aristot. definiuit, efficiens esse illud, ad quod aliud sequitur, persona autem producta non est aliud à producente, vt infra dicemus. Præterea, ratio sumenda est ex dicto principio, quia esse, quod per hanc productionem communicatur, non est esse causatum, neq; ipsa productio est per propriam actionem, ergo nec per efficiētiā, nec per propriam causalitatem efficiētem. Et ita etiam concluditur, causalitatem finalem in hoc genere productionis non habere locum. Quod specialiter notauit Cyrill. Alex. lib. 5. thesauri, cap. 5. in hoc constituens differentiam inter generationem æternam, & temporalem Verbi diuini, quod de æterna quæri non potest, cur fuerit, sicut potest de temporali. Quia, videl. illa non est ex intentione finis, sed ex absoluta necessitate illius naturæ. Item, causalitas finis supponit cognitionem: illa autem generatio non supponit propriam cognitionem, sed est per ipsam primam cognitionem. Productio autem Spiritus sancti, licet cognitionem supponat, nihilominus non est ex intentione finis, sed ex naturali, & necessario amore, quo Deus Pater, & Filius se amant, qui primus amor nullam intentionem supponit. Deniq; propria causalitas finis semper est in ordine ad actionem efficiētiā, vbi ergo causalitas finis non inuenitur, nec finalis interuenire potest. Est ergo hæc productio ad intra sine ulla vera causalitate.

8. *Exponuntur Patres vt vniuersi nominibus causa.*

Nec mouere quemquam debet, quod interdum Patres vtuntur nomine causæ in hoc mysterio illud tribuentes Patri respectu Filij, vt videre est in Nazianzen. orat. 29. Basilio libris contra Eunomium sæpè, & Damasceno libro 1. de fide capit. 8. & 11. & in alijs Græcis. Et ex Latinis ita etiam loquitur Richardus de Sanct. Vict. libro 5. de Trinitate, capit. 7. Propter quod Aureolus in 1. distinct. 29. censuit, verum illam causam, etiam iuxta proprietatem latini sermonis, posse propriè Deo attribui ad intra. Verum tamen aduertendum est, quod duobus modis solere Patres tribuere hanc vocem Deo. Primo in ordine ad tributa essentialia: quomodo Augustinus, & Hieronymus aliquando dixerunt, *Deum sibi esse causam, vt sit, vel vt sapiens sit*, & talis loquutio intelligenda est negatiue, scilicet, Deum non habere ab alio, vt talis sit, sed ex se talem esse, & ideo non est extendenda illa locutio. Alio modo tribuitur vni personæ respectu alterius. Et hoc modo loquuntur sæpè Græci, raro Latini, vt notatur in Concilio Florentino, Sessione vltima in literis vnionis, & in eadem Sessione idem notat Bessarion in oratione pro vnione,

aap. vltimo vbi declarat, Græcos non vti illa voces prout indicat limitationem, aut dependentiam, sed prout dicit simplicem originem, & cap. 3. aduertit, Cyrillum, quamuis Græcū, illam vocem non admisisse. Igitur nobis non est vtendum nomine causæ, sed principij, vt notauit optimè Hilarius lib. 9. de Trinitate, & D. Tho. 1. p. q. 33. & consentiunt reliqui scholastici.

In tercio argumento obijcitur alia imperfectio, quæ est, esse ex nihilo, vel ex compositione actus, & potentia. Vtrumque autem excluditur ex eodem principio posito. Nam cum per huiusmodi processione communicetur personæ productæ eadem substantia producentis, necesse est, vt persona producta non sit ex nihilo, sed ex substantia producentis. Et ita hæc est communis locutio Sanctorum, *Filius est substantia Patris*, quam substantiam intelligunt, nomine, vt significari in illo Psalm. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te*. Vt exponit Concilium Hispalense 2. Et Fulgentius ad obiectiones Ariariorum. Et simili modo loquitur de persona Spiritus sancti Iulianus Martyr, in expositione fidei, Cyrillus autem in dicto li. 5. thesauri cap. 5. vtitur hac locutione, *Filius est ab substantia Patris*. Sed illa particula *ab*, est æquiuoca, & potest denotare habitudinem efficiētiā, & ideo non est simpliciter vsurpanda, sed piè exponenda, quod Diuus Thomas 1. part. quaest. 4. etiam censuit de hac locutione, *Filius est de substantia Patris*, de qua iterum infra dicemus. Ita ergo excluditur illa imperfectio, ex nihilo. Nec sequitur alia de compositione, quia illa substantia, ex qua dicitur esse talis processio, non se habet, vt potentia, neq; vt pars naturæ, sed vt purissimus actus, qui est tota natura, & essentia rei productæ in re ipsa non distincta à personali eius proprietate, vt postea videbimus.

Atq; ex his facile est, excludere ab hoc ordine productionum omnes alias imperfectiones, quæ inueniuntur in productionibus creaturarum, quales sunt esse cum aliqua mutatione, cum nouitate essendi, & cum aliqua possibilitate amittendi esse. Nam hæc imperfectiones, & similes oriuntur ex eo, quod per talem productionem imperfectum esse communicatur, & consequenter modo imperfecto, & cum dependentia. Illud autem esse, quod per productionem ad intra communicatur in Deo est omnino immutabile, & ideo in productione illa nulla potest esse vmbra mutationis, nec nouitas, aut finis essendi. Hinc optimè Damasc. lib. 1. de fide cap. 8. loquens in particulari de Filij productione dicit, *Impium est illa cogitare temporis initium, aut post Patrem Filij substantiam generari, quia ex ipsa Patris substantia astruimus Filij generationem*. Et eadem ratio est de quacūq; processione Dei ad intra. Est igitur de illius ratione, quod sit æterna, & cōsequenter, quod sit ex absoluta necessitate, quod infra disputando specialius de actibus notionalibus latius dicemus.

CAPVT III.

Filium secundam Trinitatis personam esse verum DEVM.

Hoc loco explodenda à nobis est heresis Atrij, quæ licet fortasse fuerit illo antiquior, illi tamen specialiter tribuitur, quia illam amplificauit, & pertinacius per suadere, ac fundare conatus est. Ille igitur, quamuis Filium appellaret, Deum per quandam excellentem participationem, negauit tamen, esse verè, & essentialiter Deum, aususque est absolute appellare creaturam. Dicebat enim esse factum ex nihilo, imò & temporalem, quamuis productum ante hunc mundum: imò per illum alia creaturam finem Patrem illum creasse, vt per illum alia crearet. Vnde etiam consequenter docebat, non verum Deum,

Deum, sed hunc Filium fuisse Incarnatum, quamvis eum, non tantum in carne, sed etiam in propria natura diceret esse subiectum Patri, & ad illum orasse, etiam ante Incarnationem, petendo ut sibi daret homines in hereditationem. Hæc omnia sumuntur ex Athanasio præsertim oratione 2. & 3. contra Arianos, & ex Cyrilio Alexand. lib. 5. Theauri cap. 3. & lib. 10. cap. 2. & 9. & lib. 11. in Ioannem, ca. 17. Epiphano, hæresi, 69. Augustin 49. Theodoret. lib. 3. hæret. fabularum.

2. Arium postea sequuti sunt Aerius, & Eunomius, ut constat ex Nycophoro lib. 9. cap. 17. & lib. 11. capite 11. & ex Basilio lib. contra Eunomium. Aduertit autem Augustinus libro 6. de Trinitate capite 1. licet Arius dixerit, Filium Dei non esse æternum, tamen scitiores eius illum posuissent productum ex æternitate. Imo Maximinus Arianus etiam concedebat, esse productum ex substantia Patris, non tamen consubstantialiam, ut colligitur ex eodem Augustino libro contra Maximinum. Denique, post Concilium Nicænum etiam concedebant Ariani, Filium esse per omnia similem Patri, quo modo loquebantur, ut deciperent Catholicos, quod ex parte affectu sunt in Conciliabulo Arimineni, semper enim negabant æqualitatem & consubstantialitatem, & ideo nolabant admittere illam vocem homiſion, de qua plurimifra lib. 4.

3. De Origene controuersa est, an hoc errore lapsus fuerit: illi enim tribuunt August. hæresi 43. Et Epiphani. in epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, quæ etiam habetur inter epistolas Hieronymi, & est sexagesima. Item Theophyl. Alex. libro 2. Paschalis. Denique D. Thomas 1. parte questionis 34. articulo 1. ad 1. Origenem vocat fontem Arianorum. Illum vero ab hac nota defendunt Pamphil. in Apologia pro Origene, & Rufinus libro 1. historiae, & Socrates libro 6. Et quidem Athanasius in epistola de decretis Nicæne Synodi, Origenem adducit pro sententia Catholica, & ipse Origenes libro 1. periarchon. cap. 2. & 3. non videtur male sentire. Super Ioannem vero male loquitur, multi autem censent illa loca fuisse ab hæreticis deprauata. Deniq; adhuc sub iudicelis est. Similis controuersia esse solet de Tertulliano, propter quendam librum de Trinitate illi olim attributum, sed constat illum librum non esse Tertulliani, sed Nouatianiani, & Tertullianum in lib. contra Praxam, recte de hoc mysterio scripsisse. Hæretici deniq; huius temporis, præsertim in Transilvania hæc hæresim excitant cum omnibus Arierroribus, ut videri potest in Modernis Auctoris, præsertim Bellarmino libro 1. de Christo.

4. Fundamenta huius erroris, quæ ex ratione sumi possunt, ex parte insinuata sunt capite præcedenti, & aliis superioribus, & latius dissoluentur in libr. 4. Quæ vero sumebantur ex Scriptura, latissime tractantur à prædictis Patribus: distincte vero, & ordinate ab Idacio Claro libro contra Varimandum in tom. 4. Bibliothecæ, breuius à Fulgentio libr. ad obiectiones Arianorum, & optime à Diuo Thoma 4. contra gentes ca. 6. & 8. Vbi etiam aduertit, errorem hunc ex Platonis philosophia manasse. Nos vero aliquas obiectiones infra proponemus, illas præcipue, quæ ad Scripturam intelligendam nonnullam lucem afferre possint.

5. Veritas igitur Catholica est, Filium secundam personam Trinitatis, esse verum Deum per essentiam, æque ac Patrem. Quæ veritas primo probanda est ex Scriptura, quod breuissime expediam, quia res est vulgarissima, & quia tam Patres citati, quam modernidocetores innumera testimonia congerunt, & expendunt. Ut autem indifferenter asseramus testimonia, supponendum est, Verbum diuinum, & Filium Dei eandem esse personam, quod infra suo loco ostendemus. Item est supponendum hæc ean-

dem personam esse Christum Dominum, quod probauit in 1. to. 3. p. disp. 12. Hæc vero omnia sufficienter patent ex capite 1. Ioannis. Vbi prius dicitur, Verbum esse Deum, apud Deum, & statim subditur, Verbum caro factum est, & postea subiungitur, esse, Vngentum Patris.

6. Prima ergo probatio sumenda est absoluta, & vera Dei appellatione: quam Scriptura tribuit Verbo, Filio, & Christo. Quod ostendi potest primo ex veteri testamento, ex illis nimirum locis, quibus prædictum fuit, Messiam fore verum Deum, quæ adduxi in primo dicto tomo, disput. 2. vbi etiam ostendi, Christum Dominum esse verum Messiam promissum. Quibus addere necesse est illud, Osee 1. Saluabo eos in Domino Deo suo, item illud Ieremæ 23. Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus Deus noster. Cui consonat Isaiæ 9. & 45. illud Isaiæ 9. Et vocabitur Deus fortis, & cap. 45. Vere tu es Deus absconditus. Id est, incarnatus. Psalm. etiam 23. Christus vocatur Rex gloria, subditur vero, Quis est iste Rex gloria? & respondetur, Dominus fortis, & potens, Dominus virtutum, unde est celebris locus Psalm. 109. Dixit Dominus Domino meo. Quem locum ad suam diuinitatem, & naturalem filiationem probandam adduxit Christus Matth. 22. nec Pharisei habuerunt, quod responderent. Recte etiam illud testimonium confirmant verba Sapientis Eccles. vlt. Inuocauit Dominum Patrem Domini mei. Deniq; sunt optima verba Iob ca. 19. Credo quod Redemptor meus viuit, & infra, videbo Deum saluatorem meum, quem oculi mei conspexerunt.

7. Ex nouo testamento fere totum Euangelium Ioannis adduci potest ad confirmandam hæc veritatem, imo propter hunc finem potissime fuisse conscriptum contra Ebionem, Cherintum, & alios Hæreticos, testantur Hieronym. libro de scriptoribus Eccles. Cir. Ianne, & Irenæus lib. 3. cap. 31. Epiphani hæresi 51. & expositores communiter in principio Euangelij Ioannis. Item probatur ex Epist. 1. eiusdem Ioannis, præsertim ex vltimis verbis eius, ut simus in vero Filio eius, hic est verus Deus. Nam licet Erasmus illud voluerit hoc testimonium, dicens illud pronomen hic referri ad illud relatiuum eius, quod proxime præcessit, atq; ita designare personam Patris, & non Filij. Nihilominus Athanasius in disputatione cum Ario in Concilio Nicæno, testimonium hoc vocat scriptam demonstrationem. Neg ipsi Ariani ausi fuerunt negare illud pronomen hic designare Filium, nam contextus id requirit, & omnes interpretes ita semper exposuerunt, & in græco textu præcedentia verba ita ordinantur, & connectuntur sequentibus, ut nullum dent locum tergiversationibus. Præterquam quod sola illa verba, Ut simus in vero Filio eius, ad confirmandam veritatem sufficienter, ut statim dicam.

8. Præterea ex Paulo sunt innumera testimonia: illustrissimum est totum caput ad Hebræos: sunt etiam optima verba ad Roman. 9. Qui est super omnia Deus benedictus in secula, loquitur etiam aperre de CHRISTO, quicquid etiam Erasmus tergiversetur, contra expositores omnes. Item ad Titum 2. Expectantes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Quæ verba ita etiam diuidit Erasmus, ut illam vocem magnum Deum referat ad Patrem. Sed contra omnes, & ineptissime: non enim expectamus aduentum Patris, sed Filij ad iudicandum. Ideo enim vocauit Paulus, aduentum gloria, ut significaret se loqui de secundo aduentu, de quo Christus dixerat, Cum venerit Filius hominis in sede maiestatis sue, & c. Matth. 25. Denique facit illud eiusdem Pauli Act. 20. Posuit vos Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Deus ergo ipse est, qui sanguine suo Ecclesiam redemit: ille autem est Filius.

9. Ad hæc testimonia variis modis conati sunt respondere & antiqui, & noui Ariani. Primo, negando Occurrunt quaſionibus aliqua hæreticorum.

5. Alfonso Car. uelica.

Ioan. 5.

6.

6. Probatio

Osee 1.

Ierem. 23.

Isaiæ 9. & 45.

Psalm. 23.

Psalm. 109.

Matth. 22.

Eccles. vlt.

Iob 19.

7.

1. Igan.

8.

ad Heb. 12.

ad Rom. 9.

ad Titum 2.

Matth. 25.

Act. 20.

9.

Occurrunt

quaſionibus

aliqua hæreticorum.

Occurritur
eiusdem
hereticorum

aliqua illorum pertinere ad scripturam canonicam. Sed neq; hoc dicere de omnibus potuerunt, nec de aliquo, sine noua heresi, preterquam quod hoc modo euerunt omnium auctoritatem, quia non est maior ratio admittendi vnum, quam alia. Secundo conati sunt ita interpretari, vt in eis, non sit sermo de Filio, sicut in aliquibus attigimus, sed neq; hoc etiam auli sunt dicere de omnibus. Vnde etiam Erasmus (qui in hac parte suspectus est) fatetur illa verba Thomæ, Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus*, ad Christum esse referenda, & probare eius diuinitatem. Et præterea certissimum est, nullum ex dictis testimoniis posse ad aliam personam commode referri. Vnde tertio conuicti Ariani concedebant, Filium vocari in Scriptura Deum, & magnum, & verum Deum, nihilominus tamen dicebant esse æquiuoce, vel analogice Deum, & inferiorem Patre. Quibus sufficienter respondemus verbis Irenæi lib. 3. contra hæreses cap. 6. *Nunquam Dominus, vel Spiritus sanctus, vel Apostolicum, qui non esset Deus, definitiue, & absolute Deum appellasset.* Et sane merito: alias nobis occasionem dedissent, & admittendi plures Deos, & tribuendi creaturæ amorem, & adorationem soli supremo Deo debitam. Accedit, quod si talis expositio admittatur, nihil possumus ex Scriptura probare: nec de Patre ipso, quod sit verus Deus.

10. Ultra hæc vero, tribuuntur in Scriptura Christo Domino illa attributa, quæ satis declarant, propriissime vocari Deum summum, & per essentiam. Solus enim hic Deus solet in Scriptura *Altissimus* vocari, iuxta id Psal. 82. *Tu solus altissimus super omnem terram,* & tamen hæc appellatio Christo tribuitur Luc. 1. Idem est de illa *Rex regum, & Dominus dominantium*, quæ solius summi Dei propria est, vt dicitur 1. ad Tim. 6. & tamen Christus ita appellatur Apocal. 17. & in Epist. Iudæ vocatur *Dominator Dominus*. Vnde etiam omnipotentia illi tribuitur Ioannis 5. & immensitas Baruch 3. & æternitas Ioan. 1. & 10. Micheæ. 5. & sæpe alias. Ex quo æternitatis attributo sæpe colligunt Patres diuinitatem verbi, vel quia supponunt secundum fidem nullam creaturam esse æternam, vel certe quia loquuntur de æternitate propria, & per essentiam, quæ requirit omnimodam immutabilitatem, quæ etiam Filio tribuitur ad Hebr. 1. *ibi, Tu autem idem ipse es.* Vbi etiam dicitur, Filium adorari ab Angelis, adoratione vtique soli Deo debita, vt ex Psal. 96. etiam colligitur. Alia duo principalia argumenta, quæ sumuntur ex filiatione, & ex æqualitate remittimus in propria loca, infra tractanda.

11. Vltimo adiungere possumus definitionem Ecclesiæ, quia ita est frequens, vt vno verbo concludi possit. Nam fere omnes Pontifices antiquiores Concilio Niceno in suis Epistolis decretalibus hanc fidem docuerunt. Quam expressius, & proprius ac definitis verbis postea tradidit Concilium Nicenum 1. Quod secuta sunt omnia generalia, vsq; ad Florentinum, & Tridentinum, & ex provincialibus præcipue Toletana, & inter ea maxime Sextum, & vndecimum, & Bracharense 1. & Hispalense 2. Patres omitto, quia sufficiunt insinuati, & quia passim inueniuntur in tegra eorum opera ad hanc veritatem confirmandam. Ratio autem hic non est alia, præter eas congruentias, quæ in fine libri primi adductæ sunt. Theologica autem ratio optima sumitur ex mysterio Incarnationis. Nā vt dixit Leo Papa, si Redemptor noster non esset verus Deus, non attulisset remedium, perfectum, videlicet, & efficax, imo, vt probatores

Theologi volunt, nec potuissent sibi vnire hypostatice alienam naturam.

Leo Papa.

Cencil:
Nicen. 1.
Florent.
Trident.
Tolet. 6. & 11.
Brach. 1.
Hispal. 2.

Ex concilio
probatio.

ad Hebr. 1.

Psalm. 96.

Luc. 1.
1 Tim. 6.
Apoc. 17.
Iudæ epist.
Ioan. 5.
Baruch 3.
Ioan. 1. & 10.
Micheæ 5.

Psalm. 82.

Irenæus.

Ioan. 20.

Respondetur argumentis Hæreticorum contra veritatem Filij diuinitatem.

Contra demonstratam veritatem Catholicam obiciebant primo Ariani verba illa Ioannis 17. *Hec est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum,* & illa 1. ad Tim. 6. *Vsq; ad aduentum Domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendit beatus & solus potens Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Ex quibus verbis colligebant, solam personam Patris esse verum Deum.

Ad hanc obiectionem respondunt in primis omnes antiqui Patres, illam particulam *solum*, poni ad excludendos falsos Deos, non vero ad excludendas alias Trinitatis personas. Ita respondet Athanasius in illa disput. cum Ario, & Nazianz. orat. 4. de Theologia, Basil. 4. contra Eunomium, Cyprian. in exhortatione ad martyres, & cæteri omnes. Hoc autem duplici modo potest verificari. Vnus est, vt illa, vel similia verba non intelligantur de Patre, sed de tota Trinitate. Hunc exponendi modum indicauit Aug. lib. 6. de Trinitate, c. 9. & quadrat optime in posterum testimonium Pauli, tum quia ibi nulla facta erat mentio de Patre, tum etiam quia tota Trinitas suo tempore ostendit Christum in gloria, tota ergo Trinitas est, quæ dicitur *solus Deus potens*. Ad aliud vero testimonium non ita commode aptatur illa expositio, quia illa sunt verba Christi loquentis ad Patrem suum, quæ appellatio est propria Primæ personæ, comparatione Christi.

Alio ergo modo intelliguntur similia verba de persona Patris: verificantur autem, quia sensus est, illum esse verum, atque vnicum Deum. Vnde est aduertendum, illam particulam *solum*, non esse ibi aduerbium, sed nomen, nec coniungi cum subiecto, seu pronomine, *te*, sed cum nomine, *Deum*, & id eo in vulgata latina merito interponitur virgula, in græco vero additur articulus, *ὁ*, vt sensus sit, *Vt cognoscant te, illum solum ac verum Deum*, & ita excluduntur tantum falsi Dij, vt citati Patres notarunt. Quia licet Filius, & Spiritus sanctus non sint Pater, sunt vnicus Deus cum Patre: ac proinde sunt ille solus, ac verus Deus, qui est Pater. Addunt subinde idem Sancti Patres, ibi potius coniungi Filium cum Patre in illa sola, ac vera Deitate, cum additur, *quem misisti Iesum Christum*. Quod notaui Athanasius disput. cum Ario in Concilio Nicæno, & lib. de incarnatione Christi, prope finem: insinuat Cyprian. lib. 2. contra Iudæos, quatenus ex hoc loco probat Christi diuinitatem. Et Ambros. lib. 5. de fide ca. 2. Qui adiungit optimam probationem, scilicet, quia Filius est etiam vita æterna, (scilicet, obiectiua) simul cum Patre, vt in eodem loco significatur, & ideo potius inde probatur eius diuinitas. Quod egregie confirmatur ex Epist. 1. Ioannis cap. 5. vbi de Filio dicitur, *Hic est verus Deus, & vita æterna.*

Vltimo addit Augustinus 3. libro contra Maximinum capite 13. etiam si de Patre diceretur, ipsum solum esse Deum, particula, *solum*, exclusiue sumpta, non propterea fore excludendum Filium, aut Spiritum sanctum, quia sub Patre intelligitur Filius, siue quo esse non potest, & consequenter etiam Spiritus, qui est nexus amborum. Insinuans, hic habere locum regulam dialecticorum, exclusiuam non excludere concomitantia. Quod tamen magis explicans D. Thom. 1. part. quæst. 31. articulo 4. dicit, *illam locutionem esse veram, si excludat aliud, non vero, si excludat alium.* Vnde, quia in rigore videtur magis excludere suppositum, quam naturam: addit Diuus Thomas illam locutionem in illa significatione exclusiuam non esse vsurpandam: sed, vbi inuenta fuerit, pie ex-

pie explicandam. Quam doctrinam habet etiam A-
len. l. p. qu. 65. membr. 3. Scot. Durand. & alij in 1. di-
stinct. 21.

5. *Particula ue*
mo exponi-
tur.
Matth.
Et iuxta hæc exponuntur nonnulla alia Scriptu-
ræ loca similia, vel æquivalentia. Primus est Matth.
11. *Nemo nouit Filium, nisi Pater.* Constat enim non
excludi Filium à cognitione sui ipsius. Sicut enim
additur, *Neque Patrem quis nouit, nisi Filius*: non ne-
gatur, quin Pater se ipsum cognoscat, quod expli-
care non fuit necesse, quia per se notum erat, vt no-
tauit Augustinus loco proxime citato, & Diuus Tho-
mas 4. contra Gentes capite 8. Alius locus, eodem
modo intelligendus est Matth. 24. *De illa hora nemo*

scit, neque Angeli, nisi solus Pater. Sed in hoc testimonio
orta est peculiaris difficultas ex Marco capite 13.
quia expresse addidit illam particulam, *neque Filius.*
Sed illa ab aliquibus Patribus exponitur de Filio vt
homine. At vero etiam Christus vt homo non po-
test dici nescire, quia ignoret. Oporteret ergo expo-
nere, illud peculiariter dictum esse, quia mysteri-
um illud vltimi diei, veluti sub secreto sciebat, vt
alijs non reuelaret. Pater autem ipsi reuelauerat, vt
late exposui 3. parte questione 10. in commentarijs
articuli secundi. Alius denique locus est Lucæ 18.
Quid me vocas bonum? (ait Christus) *nemo bonus, nisi solus*

Deus. Qui facile exponi poterat dicendo, sermonem
esse de Deo vt totam Trinitatem includit, & de bo-
no simpliciter, & per essentiam, neque excludi Filium
vt Deum, sed solum ratione humanitatis. Sancti vero
Patres addiderunt, CHRISTVM non negasse
se esse bonum, sed reprehendisse illum, qui se vocaret
bonum, cum non conuinceretur Deum, per hoc potius
insinuans, se esse verum Deum. Ita D. Athanasius su-
pra, & dialogo 1. de Trinit. contra Anomeos. Et opti-
me Ambros. in eundem locum Lucæ, & lib. de fide c.
1. Alij etiam Doctores Matth. 19. eodem modo expo-
nunt.

6. *Quo sensu*
Pater dica-
tur maior,
Ioan. 14.
Secunda obiectio principalis sumitur ex verbis
Ioannis 14. *Pater maior me est.* Quæ verba etiam de
Filio vt Deo intelligunt multi Patres Græci, Atha-
nasius oration. 2. contra Arianos, & libro de Synodo
Arimin. Basil. Nazianz. & alij. Et ex latinis Hilarius
libro 5. 6. & 11. de Trinit. Qui addit, ita Patrem vo-
cari maiorem, vt tamen Filius minor non sit. Vn-
de significat, Christum vocari maiorem sola appel-
latione, & iuxta humanam quandam existimatio-
nem, qua esse Patrem, videtur esse cuiusdam mai-
oris auctoritatis. Damascen. vero 1. de fide capite 9. ita
correxit locutionem, vt dixerit, *Patrem esse maiorem,*
non natura, vel dignitate, sed tantum origine. Indicans, esse
maiorem, nihil aliud esse, quam esse priorem origi-
ne, quamuis alij conentur aliter exponere, vt melius
referam sequenti libro. Hæc autem à nobis dicta sine
propter auctoritatem dictorum Patrum. Nam sen-
sus literalis est, Christum Dominum id dixisse ra-
tione suæ humanitatis, vt exponunt Ambros. libr. 2.
de fide capit. 4. & lib. 5. cap. 8. Augustin. 1. de Trinit.
cap. 7. & 11. & 3. contra Maximinum, capit. 24. Idacius
libr. 3. contra Varimandum, & expositores commu-
niter. Et patet ex verbis antecessentibus, loquebatur
enim Christus de se, vt profecturo ad Patrem: disce-
debat autem, non in quantum Deus, sed in quantum
homo: ergo in illis verbis, quæ proxime subiungit,
de se, vt homine locutus est. Ac propterea talis locu-
tio non inuenitur de Spiritu sancto, quamuis sit pos-
terior origine, quia nunquam assumpsit naturam
creatam.

7. *Idacius,*
Et iuxta hunc modum intelligenda sunt omnia
Scripturæ loca, in quibus de Christo Domino quæ-
dam prædicantur, quæ illum maiorem, vel in-
feriorem indicant, vt esse obediencem, esse subie-
ctum, & cat. De quo attributo olim fuit controuer-
sia, quia Ariani contendebant, Filium vt Deum esse
subiectum. Quod etiam admittit Concilium
Sirmien. Sed illud non est authenticum. Quam-

8. *Proverb. 8.*
Ecles. 24.
Tertia obiectio fit, quia interdum secunda per-
sona dicitur creati in Scriptura Proverbiorum 8. *Pro-*
verb. 8.
Ecles. 24.
Domini creauit me, &c. Et Ecclesiastic. 24. *Qui crea-*
uit me, requieuit in tabernaculo meo. Imo additur,
Ab initio, & ante secula creatus sum. Quod non potest
intelligi de Christo, vt homo est. Et ideo dicitur di-
uina Sapientia, *Primogenita omnis creaturæ.* Quam lo-
cutionem vsurpauit Paulus, & tribuit Christo ad
Colof. 1.

9. *Ad Col. 1.*
10. *Chrysostom.*
11. *Chrysostom.*
12. *Chrysostom.*
Ex his vero locis, primus non habet difficultatem
iuxta vulgatam lectionem: in qua non legitur *Do-*
minus creauit me, sed Dominus possedit me. Et eodem modo
habet Hebræa: significat autem phrasis illa genera-
tionem, vt Genesios 4. *Possedi hominem per Deum.* Vn-
de subditur, *Ante omnes colles ego parturiebar.* Atque ita
potest ille locus intelligendi de Filio, vt Deus est.
Nec refert, quod dicitur primogenitus omnis crea-
turæ: nam in primis illa ipsa voce non dicitur *factus,*
sed *genitus.* Primo autem dicitur, solum, quia genera-
tio eius æternitate antecessit creaturarum produ-
ctionem, vt exponunt Chrysost. & Ambros. ad Colof.
1. addit etiam D. Thom. 4. contra Gentes, cap. 8. g
generationem illam solere significari nomine creatio-
nis, non quia sit ex nihilo, sed ad significandum, esse
sine illa mutatione producentis, vel producti. Quod
in quadam Synodo Orientali ita explicatum esse re-
fert Hilar. lib. de Synodis. Nam quia generatio illa æ-
terna non satis explicatur voce generationis, prout
est in vsu hominum, apud quos, & apud omnes crea-
turas generatio fit cum mutatione, & imperfectio-
ne, ideo additur alia vox creationis, vt excludatur
illa imperfectio: & ambæ simul coniungantur, vt ex
vtraque sumatur, quod perfectionis est, & imperfec-
tiones excludantur, intelligaturque generatio il-
lam altioris esse rationis.

10. *Chrysostom.*
11. *Chrysostom.*
12. *Chrysostom.*
Nihilominus multi Patres illa loca intelligunt de
Christo vt homine, quia secundum humanitatem
creatus est, & ante omnem creaturam dicitur creatus,
seu primogenitus, quia in mente Dei fuit primo in-
tentus, & ordinatus. De qua re dixi late in 1. tomo 3.
partis, disput. 5. sect. 2. vbi ex multis Concilijs, & Pa-
tribus aduertit, Christum vt Deum tantum dici vni-
genitum, vt hominem autem vocari primogenitum
creaturæ. Quod etiam notauit Cyrill. lib. 1. thesauri,
capitul. 4.

11. *Chrysostom.*
12. *Chrysostom.*
Quarto obicitur, quia Verbum est instrumen-
tum, seu minister Patris ad creandum. Quod pro-
batur, quia propterea non dicitur Verbum creare,
sed Pater creare per Verbum. Ioann. 1. ad Hebræos 1.
& ad Colof. 1. & 1. Corinth. 8. Nonnulli etiam Pa-
tres vtuntur illo modo loquendi, vt videre licet in
Constitutionibus Apost. libro 5. capite 19. & in Cle-
mente Alexand. Oratione exhortatoria circa prin-
cipium, Irenæo libro 5. & Iustino dialogo cum Tri-
phone.

11. *Chrysostom.*
12. *Chrysostom.*
Respondetur, falsum esse assumptum: create-
nim Filium, vt prima, & principalis causa simul cum
Patre. Quod satis expresse docet Paulus Hebræor. 1. *create-
rem, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli.* Quæ
sine dubio dicta fuerunt de Deo principaliter create-
te. Et ideo Ioan. 5. dicebat Christus, *Quicumque Pater
facit, hæc & Filius similiter facit.* Vbi emphaticum habet
dictio,

Theophyl.
Oecumen.

Proverb. 8.
Ecles. 24.

Ad Col. 1.
Chrysostom.
Chrysostom.
Chrysostom.

Chrysostom.

Chrysostom.
Chrysostom.
Chrysostom.

Chrysostom.
Chrysostom.

Chrysostom.
Chrysostom.

Cyillus. Genes. I. August.

dictio similiter. Cyillus etiam lib. 7. thesauri hoc colligit ex illo Genes. 1. Faciamus hominem, &c. Cui consonat illud Prouerborum 8. Cum eo erant cuncta componens. Tandem August. tract. 1. in Ioan. hoc ipsum conuincit ex illis verbis, Omnia per ipsum facta sunt: nam si omnia, ergo ipsum non est factum, quia non potuit fieri per se ipsum. Et ne aliquis putaret, esse excipiendum ipsum Verbum: addit Euangelista, Et sine ipso factum est nihil. Non est ergo Verbum ex rebus factis, est ergo Deus, non enim datur medium, vt idem August. notauit 1. de Trinitate, cap. 7. Ergo per illud facta sunt omnia, tanquam per Deum, & principalem creatorem.

13. i. Cor. 1 & 9

Neque obstat illa pericula, Per, nam simpliciter attributa alicui, significare solet habitudinem causa efficientis principalis, vt 1. Corinth. 1. & 9. Per voluntatem Dei, & passim in Scriptura. Attributa vero Filio in ordine ad Patrem hoc modo, Pater per Verbum erat, duobus modis potest exponi. Primus est, Verbum creare per virtutem acceptam à Patre, ac proinde Patre per Verbum. Non quod Pater per se non creet, sed quia etiam virtutem creandi Verbo suo communicauit. Atque ita exponunt Athanasius serm. 3. contra Arianos, & Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 2. & sequentibus. Secundus est, vt intelligatur per appropriationem: nam Deus operatur per sapientiam suam: Sapientia autem Verbo appropriatur. Ita Ambros. 4. de fide cap. 6. August. 1. de Trinit. cap. 6. Et ad hos sensus accommodanda est similis locutio, quando in aliquo antiquo auctore, & graui inuenta fuerit.

Athanas. Basili.

Ambros. August.

14.

Quid sit Filium accipere à Patre. Ioan. 5. & 15. Matth. 12.

Hinc vero sumitur occasio quintæ obiectionis, quia Filius nihil potest, nisi accipiat potestatem à Patre, neq. scit, nisi ab eo discat: ita enim loquitur Scriptura Ioan. 5. & 15. Matthæi 11. est ergo indigens, atque imperfectus comparatione Patris. Respondent Sancti Doctores, Filium accipere potestatem à Patre per æternam generationem, & discere, in illo nihil aliud esse, quam nasci, quod in eo nullam ponit indigentiam, quia ex æternitate, & omnino necessario totam illam perfectionem accipit, & id, quod accipit, maius omnibus est. Ioan. 10. Quod ita intellexit Ambros. 3. lib. de Spiritu sancto, cap. 8. Et ideo dicebat ipse Christus Ioan. 16. & 7. Omnia esse sibi tradita à Patre, scilicet, paternitate excepta, vt supra notatum est, cum Damasceno lib. 1. de fide, cap. 8. Atque ita exposuerunt illa loca Augustin. Chrysostr. & alij expositores in Ioannem, & Augustin. 3. contra Maximinum capit. 24. Vnde recte concluditur, in hoc genere dandi, & accipiendi, non esse beatius dare, quam accipere.

Ioan. 10. Ambros. Io. 16. & 27. Damas. August. Chrysostr.

15.

Vltima obiectio.

Vltimo contra hanc veritatem obiectum est, & notatum ab Arianis, quando in Scriptura Pater dicitur Deus, addi in græco articulum emphaticum, illum vero omitti, quando Filius dicitur DEVS. Quod non videtur alia ratione fieri, nisi vt significetur, Patrem esse illum singularem Deum, Filium vero appellari Deum analoga ratione. Assumptum constat ex Ioan. 1. & Psalm. 109. Imo etiam obseruatum est, in his locis Patrem vocari Deum, & Hebraice יהוה Iehoua, Filium autem solum appellari Dominum Hebraice אדנאי Adonai. Quod etiam notare licet in Paulo fere in omnibus initiis Epistolarum dicente, Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

16.

Ioan. 1.

Ad Rom. 9.

Respondeo ad priorem partem, falsam esse, & gratias confectam illam interpretationem. Nam & Pater sæpe vocatus Deus sine articulo, vt patet Ioan. 1. ibi, Hoc erat in principio apud Deum, & è contrario aliquid quando cum Filius dicitur Deus, additur articulus, vt ad Romanos 9. Qui est super omnia Deus benedictus. Quod ergo aliquando omittitur, vel voluntarium est, vel ad vitandam repetitionem, vel certe ad summum in eo significatur ordo originis. Similiter responderetur ad alteram partem etiam no-

men Dei, & יהוה Iehoua tribui Filio Psalmo 23. ibi, Dominus virtutum, quod de Christo exponit Dionys. cap. 7. de cœlesti hierarchia. Illarum ergo vocum diuersitas parum refert: nam esse Dominum, scilicet, primum & supremum, non est minus, quam esse Deum. Vnde 1. Corinth. 12. Diuisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus, diuisiones operationum sunt, idem autem Deus. Paulus vero in citatis locis, cum gratiam Dei Patris deprecatur, totam Trinitatem inuocat, quæ Deus, & Pater noster est: adiungit vero Christum Deum hominem, quia per illum, & propter illum gratia nobis danda est, eumque etiam vt hominem vocat Dominum, non illo supremo dominio, quod habet, vt est Deus: sed per specialem excellentiam potestatem, vt D. Thom. significauit.

Psalm. 23. Dionys.

1. Cor. 12.

Augustin.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 10.

CAPVT V.

Spiritus Sanctum, tertiam Trinitatis personam, esse verum Deum.

Primum referri hic potest, ex Nazian. oration. 5. de Theologia, error Sadducæorum, qui in vniuersum negabant, Spiritum aliquid esse. Sed hic error refutatur. 1. p. q. 3. vbi ostenditur, Deum esse Spiritum, imo & inter creaturas dari veros spiritus, demonstratur de Angelis, & animabus rationalibus in suis locis. Hinc fuit etiam quædam hæresis, quæ dicebat, Spiritum sanctum esse quidem Spiritum increatum: non tamen esse propriam personam, sed esse Diuinitatem ipsam communem Patri, & Filio, nam illa spiritualis, & sancta est: quomodo aliquos esse interpretatos errorem Macedonij, refert Augustinus de hæres. in 52. Veruntamen hic error in hoc sensu magis pertinet ad hæresim Sabellij, contra quam ex parte iam dictum est in libro præcedenti capit. 2. & dicitur in sequenti cap. 1. Nunc sufficiat illud. 1. Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Nam diuinitas non annumeratur duabus personis, tanquam tertias. Et idem confirmant illa verba Christi Matth. vlcim. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

Fuit ergo quædam hæresis, quæ dicebat Spiritum sanctum esse creaturam, & non Deum: quam dupliciter inuenio explicatam. Primo, quod Spiritus sanctus non sit substantia aliqua, sed ipsa dona gratiæ, quæ Deus infundit in cordibus nostris. De his enim donis videtur loqui Paulus, quoties agit de homine Spirituali: qui Spiritu Dei mouetur. Nam hic Spiritus nihil aliud esse videtur, quam gratia, & dona creata. Vnde orare pro nobis dicitur gemitis inenarrabilibus, ad Roman. 8. Atque ita refert hunc errorem Athanas. libro de communi essentia Patris, & Filij. Alius modus, & communior est, Spiritum sanctum quidem, esse substantiam & personam intellectualem, superiorem omnibus Angelis, creatam tamen à Patre per Filium, vt foueat, & quasi conferuet, & moneat vniuersa iuxta illud Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas: & ideo aliqui vocabant hunc spiritum, animam Mundi, sicut quidam Philosophi de Deo locuti sunt.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

Hic error tribuitur Macedonio, nam licet Arius etiam circa personam Spiritus sancti errauerit, tamen Macedonius præcipue defendit hunc errorem, & de Filio non satis constat, quid senserit. Nam Augustinus dicta hæres. 52. putat, recte sensisse, & ideo Macedonanos vocat semarianos, quod etiam indicat Epiphanius hæres. 74. & Athan. in epistola ad Serapionem, vbi ait, hos hereticos non fuisse ausos, Verbum vocare creaturam, & Nycephor. lib. 9. historie cap. 43. dicit, vocasse æqualem, & omnino similem. Theodoret. autem libro 4. hæreticarum fabularum, & libro 2. historia

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

1. Nazian.

Athanas. D. Bern.

A. Afferio Catholica.

Rom. 3.

1. Cor. 12. Galat. 5.

1. Cor. 2.

1. Cor. 12. Ioan. 3.

Aug. Hilar. Ambros. Hieron. Nazian. Nylsen. Basil.

Luc. 1. 2. Petri.

1. Iaia 6.

Act. vlt.

1. Reg. 23.

Act. 5.

historia capite 6. dicit, eos nunquam confessos fuisse Filij, consubstantialitatem, & Damasus Papa in expositione fidei ad Paulinum, dicit, ex Arianis ortos esse, & non impietatem, sed nomen mutasse. Existimo ergo circa vtramque personam errasse: tamen circa Filium occulte, & palliatis verbis: circa Spiritum sanctum autem magis aperte: & ideo hunc errorem illis maxime tribui. In quo videtur etiam fuisse Nouatianos in libr. illo de Trinitate attributo Tertulliano ca. 24. Eundem errorem secutus est Valentinus, vt sumitur ex Athanasio in epistola ad Serapionem. Denique Abailardus in epistola ad Serradrem dicitur esse omnipotentem, Filium semipotentem, Spiritum autem nullipotentem, scilicet, in opere creationis. Fundamenta aliqua huius hæresis posita attingemus.

Veritas Catholica est, Spiritum sanctum esse, vnam ex personis Trinitatis, atq; esse verum Deum, quæ quidem assertio quoad priorem eius partem ponitur contra primum modum explicandi illum errorem. Qui facile refellitur ex illis locis Scripturæ, in quibus Spiritus sanctus a suis donis distinguitur, tanquam causa ab effectu, ad Roman. 3. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, & 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et ad Galat. 5. Fructus Spiritus distincte numerantur. Secundo improbat idem error, & probatur eadem pars assertionis illis testimoniis, in quibus attributa, & opera intellectualis substantiæ tribuuntur Spiritui sancto. Primo, perfectissima, & diuina scientia. 1. Corinth. 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei, nam quæ sunt hominis (ait Paulus) nemo nouit, nisi Spiritus hominis, quæ sunt Dei, nemo nouit nisi Spiritus Dei. Deinde libera voluntas. 1. Corinth. 12. Diuidens singulis, prout vult, & Ioan. 3. Spiritus ubi vult, spirat. Quem locum, & moderni multi, & nonnulli etiam ex antiquis Patribus, maxime Grecis, de vento interpretantur. Iuxta quam expositionem necesse est, illud verbum, vult, improprie, & metaphorice exponere. Sed non indigeat metaphorâ, cum locus ille propriissime, & accommodatissime possit de Spiritu sancto intelligi, prout Augustini intellexit. Hilar. lib. 2. de Trinitate, Ambr. 2. de Fide, c. 3. & 3. lib. de Spiritu sancto, c. 11. Hieronym. in epist. ad Eubibiam q. 9. Et ex Grecis Nazianzenus oratione 5. Theologiæ, & Nylsenus oratione de sancto baptisinate, & Basil. lib. 5. contra Eunomium, circa finem.

Altera pars assertionis posita est contra alium modum explicandi illum errorem: nimirum, Spiritum sanctum esse quidem substantiam intellectualem, sed inferiorem Deo. Probamus igitur, esse verum Deum, primo ex appellatione absoluta, & propria Dei, quæ in primis ostenditur ex consonantia veteris, & noui testamenti. Nam in veteri saepe dicitur Deus loqui per ora Prophetarum. Quot etiam dixit Zacharias Luc. 1. Benedictus Dominus Deus Israel, & infra, Sicut locutus est per os Sanctorum. Et tamen 2. Petri. dicitur, Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ergo Spiritus sanctus est ille Deus verus, qui per ora Prophetarum loquebatur. Vnde etiam Ilaia cap. 6. dicit, Se audisse vocem Domini Dei loquentis ad se, & tamē Act. vlt. dicitur, Spiritum sanctum locutum esse ad Isaiam. Præterea, in eodem loco veteris testamenti verumq; simul sit, 2. Reg. 23. ait David, Spiritus Domini locutus est per me: quod declarans subdit, Dixit Deus Israel mihi. Deniq; similem declarationem habemus in testamēto nouo Act. 5. Nam cum Petrus dixisset ad Ananiā, Cur mentus es Spiritui sancto? subdit, Non es mentus hominibus, sed Deo. Quod autē in his locis sermo sit proprius, & de vero Deo, non eget probatione, nam ex verbis ipsius clare constat, & ex circumstantiis singularum locorum, & ex omnium Catholicorum intelligentia.

Secundum argumentum principale sumitur ex his attributis, & operibus, quæ in Scriptura de Spiritu sancto dicuntur. Ex quibus duo iam exposuimus. Vnum est perfecta scientia, & comprehensiuua Dei, hoc enim significat *scrutari profunda* Dei. Alterum est perfecta voluntas, habens talem libertatem in bonis distribuendis, quæ supremum dominium indicat, & hæc duo spectant, ad actus immanentes. Ex transeuntibus vero primo tribuitur Spiritui sancto creatio, Psalmo 32. *Verbo Domini caeli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Secundo attribuitur eidem Spiritui sancto opus sanctificationis, loelis *Ioelis 2. 2. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Quod de Spiritu sancto interpretatur Petrus Act. 2. Et inde *Act. 2. recte colligit diuinitatem Spiritus sancti Didimus lib. 1. de Spiritu sancto, & Ambros. lib. etiam 1. de Spiritu Sancto, cap. 7.* Quia Spiritus sanctus effundi dicitur per participationem gratiæ sanctificantis, quæ propria est diuinitatis participatio. Vnde idem etiam colligitur ex forma baptismi Matth. vlt. vbi æque inuocatur Spiritus sanctus, quia est principalis causa sanctificationis, quæ in baptismo datur, vt inter alios bene notauit Fulgent. lib. de fide ad Donatum cap. 8. Qui etiam ad obiectiones Arianorū in octaua dixit, *Si Dominus Spiritum sanctum creaturam vellet intelligi, nequaquam præcipere sibi, & Patri in Sacramento baptismi copulari.*

Vnde huc etiam spectat, quod omnis operatio, & distributio gratiæ Spiritui sancto tribuitur, vt vidimus ex 1. ad Corinth. 12. & ad Galatas 5. Adeo vt Paulus dixerit, *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, & Ioan. 14. & 15. illi attribuit CHR. I. STVS Dominus omnem illuminationem, & inspirationem internam, & capite 16. quod arguet mundum de peccato, & creat. Et Actorum 13. dixit Spiritus sanctus, segregate mihi Paulum & Barnabam.* Et capite 20. in quo posuit vos Spiritus sanctus regere Ecclesiam DEI, quæ omnia sunt propria Dei. Et quod magis est, ipsum supremum opus Incarnationis, & conceptionis Filij Dei, & præparatio Virginis per excellentem sanctificationem, Spiritui sancto tribuitur Luca 1. Hinc etiam Paulus 1. ad Corinth. 6. Spiritum sanctum dicit habitare in homine tanquam in templo, quod est proprium Dei. *Nescitis, (inquit) quia membra vestra templum sunt Spiritus sancti, subdit, glorificate ergo, & portate Deum in cordibus vestris, vt notauit August. 1. contra Maximinum cap. vltimo, & alij Patres.* Qui tandem etiam aduertunt Spiritum sanctum in Scriptura nunquam numerari in ordine creaturarum, sed vbicumque recensentur creaturæ, perueniri solum ad Angelos, vel in genere, vel in specie, ad Seraphinos, & Cherubinos, Spiritum sanctum autem semper numerari in ordine diuinarum personarum. De Ecclesiæ definitione, & Patrum testificatione nihil dicere necesse est, est enim eadem, & in eisdem locis, quæ in præcedentibus insinuata sunt.

CAPVT VI.

Respondetur argumentis contra diuinitatem Spiritus sancti.

Primum omnium inferebant hæretici ex verbis illis Ioannis 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ergo etiam Spiritus sanctus factus est per verbum, est ergo creatura, & non Deus. Prima consequentia patet ex vniuersali distributione. Et vergeri contra nos potest, quia supra diximus, si Verbum esset factum, sub illa distributione fuisset comprehendendum. Respondedo, idem etiam nos nunc dicere de Spiritu sancto, nam si factus esset, vtiq; factus esset per Verbum, tamen quia factus non est, in illa distributione non com-

6. Ex attributis.

Psalm. 32.

Ioelis 2.

Act. 2.

Didimus.

Ambros.

Matth. vlt.

Fulgens.

7. Ex operatio- ne.

1. Cor. 12.

Galat. 5.

10. 14. & 15.

Idem ca. 16. Act. 13. & 20. cap.

Luc. 1. 1. Cor. 6.

August.

1. Locis Ioan. 1. exponitur.

Nazianz.
Epiph.

comprehenditur: Sicut etiam non comprehenditur Pater, vt recte notarunt Nazianz. orat. 5. Theologia, & Epiphanius in Anchorato. Grauesq; expositores probabiliter putant, ad hoc declarandum additum esse ab Euangelista, quod factum est, ita vt haec verba coniungantur praecedentibus, non sequentibus, & sensus sit. Nihil eorum, quae facta sunt, sine ipso factum est. Veruntamen etiam si sequamur vulgarem lectionem, & ibi sitamus, *Sine ipso factum est nihil*, ex proprietate sermonis coniat, ibi tantum esse sermonem de rebus factis.

2.
Locius ad
Roman. 8.

Secunda obiectio est ex illo ad Rom. 8. *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Est tamen futillis obiectio, nam per se notum est, Spiritum sanctum non esse in se capace gemitus, & doloris, nam vt minimum, cogitari debet plene beatus. Duplex ergo est expositio. Prima, vt ibi non sit sermo de persona Spiritus sancti, sed de spiritu hominis motu ab Spiritu sancto, vel de spiritu orationis, & compunctionis ab Spiritu sancto immisso. Haec est Chrysostomi homil. 14. ad Roman. & aliorum. Secunda est, vt Spiritus sanctus dicatur postulare, quia facit, nos postulare: haec enim phrasia frequens est in Scriptura, vt August. ait epi. 112. & contra Maximinum, vbi supra, & Nazianz. orat. 36. nu. 74. & sequentibus. Quae duae expositiones, si recte expendantur, eandem rem declarant, verbis diuersis.

3.
De nomine
Spiritus sancti.
Hilarus.
August.
Anselm.

Tertia obiectio est, non tam contra veritatem Catholicam, quam contra probationum firmitatem. Quia hoc nomen *Spiritus sanctus*, de Patre etiam, & Filio dici potest, vt notarunt Hilarius libr. 7. de Trinitate ad medium, & August. 3. de Trinitate, cap. 11. & lib. 15. cap. 19. & Anselm. lib. de Incarnatione verbi c. 3. ergo ex testimonio adductis non possumus probare, aliquam personam distinctam à Patre, & Filio esse Deum: nam poterunt omnia de Patre, & Filio exponi. Respondeo (ex D. Thom. 1. p. q. 36. art. 1.) quamuis in vi duarum dictionum, Pater, & Filius, possint dici Spiritus Sanctus, quia vterq; est Spiritus, & est Sanctus, tamen illa vox, quatenus usurpata est vt vna

dicitio, propria est Spiritus sancti, & hoc modo usurpatur in locis allegatis, quod constat ex communi, & perpetua intelligentia ecclesiae. Et maxime patet, vbi tres personae distincte numerantur, vt Matth. vi. & 1. Ioan. 5. & tertia vocatur Spiritus, & distinguitur à reliquis. Atq; eidem tribuuntur in aliis locis omnia illa attributa, quae attulimus. In quibus est etiam obseruandum, multa esse communia Patri, & Filio, quae per appropriationem specialiter dicuntur de Spiritu sancto, quod etiam eius diuinitatem ostendit.

Libet, vltimam obiectionem adiungere, ne quis fortasse legens Surium tomo 6. in vita sanctae Caeciliae offendat, considerans illa verba, quae ex Symone Metaphrastes refert, dicta esse à sancta Caecilia. *Deus ex se prius quam omnia faceret genui Filium, & produxit ex sua substantia Spiritum sanctum, Filium, vt faceret omnia, Spiritum sanctum, vt viuificaret omnia: vniuersa autem, quae facta sunt, construxit Filius, & omnia, quae constructa fuerunt ex Patre, procedens Spiritus sanctus animauit.* Fateor enim, in illis verbis multa esse improprie dicta, nec cogi nos ad credendum, illo modo dicta esse à sancta Caecilia. Illa enim, quae in humanis historiis per modum dialogi referuntur, facile ab auctore historiae mutantur, & suo capiti accommodantur. Igitur illa particula vt bis repetita impropria est, quae indicat causam finalem: debet ergo exponi per modum copulationis, seu coniunctionis, i. produxit illum cum tali virtute. Illa etiam partitio actionum faciendi & viuificandi, constituendi, & animandi, per appropriationem exponenda est, non per proprietatem. Deniq; verbum illud *animauit*, non potest intelligi formaliter, sed ad summum effectiue, & adhuc debet exponi cum amplitudine, & per metaphoram, id est, fouit, seu conseruauit, proprie enim non omnia, quae facta sunt, animantia sunt, vt animari proprie potuerint. Dicuntur ergo animari, id est, formari, vel adiuuari per virtutem actiuam Spiritus sancti, quae communis etiam est Patri, & Filio. Vnde hoc etiam per appropriationem Spiritui sancto tribuitur.

Finis Libri secundi de Trinitate.

INDEX CAPITVMLIBRI TERTII DE TRINITATE.

- Cap. 1. Distinctio trium personarum ostenditur.
 Cap. 2. Earum distinctio defenditur.
 Cap. 3. Esse in Trinitate tres personalitates.
 Cap. 4. De tribus subsistentiis personalibus.
 Cap. 5. Esse in Deo tres essentias relatiuas.
 Cap. 6. Personas esse tres res, &c.
 Cap. 7. De tribus unitatibus personalibus.
 Cap. 8. De tribus veritatibus personalibus.
 Cap. 9. An relatio in Deo perfectionem dicat.
 Cap. 10. Satis sit fundamentis contrariis.
 Cap. 11. Distinguantur ne persone in attributis positiuis.
 Cap. 12. Personas non distingui in attributis negatiuis.
 Cap. 13. De modo loquendi de Personis, vt distinctis.

LIBER